



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Abbatis, Priorissis. Tit. 16

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

TITULUS XVI.

De Abbatissis, Priorissis.

SUMMARIA.

- 1. Abbatissa seu Priorissa qua.
- 2. Ei competunt qua Abbatissati.
- 3. Eligenda debet esse legitima.
- 4. Virgo; An & Vidua.
- 5. Quadragenaria.
- 6. Probata.
- 7. Professa.
- 8. Quid si non inveniatur in Monasterio idonea.
- 9. Demodo eligendi remissive.
- 10. Qua in Electione specialia.
- 11. Electo confirmanda, benedicenda, & qua.
- 12. Quid si non sit perpetua.
- 13. Benedicta auctoritas.
- 14. Officium.
- 15. In virtute obedientia precipere potest.
- 16. An habeat jurisdictionem spiritualem.
- 17. An non ulla concedatur ei Clarvium potestas.
- 18. Quomodo cum Monialibus vivere debeat.

Abbatissa seu Priorissa est, ascetiarum, monacharum, si-
ve monialium Antistita, Praeposita, Mater: Justinianus in
Novell. 133. ηγεμένην appellat.

Omnia qua competunt Abbati & Praeposito, & ferè lo-
cum habent in Abbatissa, aliave Praeposita.

Eligenda debet esse; Legitime nata. 2. Virgo. 3. Non minor annis 3
quadragesima. 4. probata. 5. professu.

Legitime nata. Nam, seclusis Religionum privilegiis, absque dispen-

VINUS
TSONUS
& Ecclesiast

IV.

Z

dispensatione Apostolica, illegitima eligi non debet: *Novar. in hinc. na Regular. verb. Abbatissa num. 2. Barbosa. in collect. ad c. 1. num. 7. de filiis Presbyter. Nald. in Sum. verb. Abbatissa num. 2. Navar. in m. Pr. cia. cap. 27. num. 201. & in commento. 2. de Regular. num. 60. M. de dispens. in materia gratia. tit. de dispens. supra defectu notat. in fine. Sanch. rel. var. resolu. qu. 40. num. 7. si factum, electio est irrita. S. Congreg. Concilii, sub die 17. Aprilis. 1630. Barbosa. lib. 1. Jur. Eccles. var. ca. 45. num. 21.*

4 *Virgo; Puta si vult consecrari. can. juvenulas. 20. qu. 1. can. 3. caus. 1. qu. 7. Mandos. d. loco. tit. dispens. pro corrupta. incip. stat. in L. rola in praxi Episc. parte 2. verb. Abbatissa. Fr. Emman. tom. 3. add. Summ. cap. 3. num. 9. Roderic. in compend. quest. Regular. resolut. 2. num. 26. si non, virginitas non desideratur: Sanch. in precepta Decalogi. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 22. Portel. in dub. Regular. verb. Abbatissa. num. 10. sed tantum castitas. Unde vidua, Abbatissa Praelationis velari potest. Lezan. in sum. qu. Regular. tom. 3. cap. 26. num. 5. Ubi in conclus. Legal. verb. Abbatissa electio. concl. 3. num. 1. Novar. in hinc. na Regular. verb. Abbatissa. num. 1. & 2. Licet Bigama: sec. Roderic. d. resolut. 2. Diff. Sanch. d. cap. 5. Modò non sit infamis. Major. irregular. lib. 1. cap. 29. num. 12. & 13. Virvald. in candelabro aureo. part. 3. cap. 5. num. 11. Sanch. d. cap. 5. num. 24. Qualis non est plebea aut descendens ex Judaico vel Saracenicò sanguine, Miranda de S. Fimonia. qu. 6. art. 2. Portel. d. verb. Abbatissa num. 6. Lezan. in sum. tom. 3. verb. Abbatissa. num. 9. Nisi constitutio Ordinis sit impedimento: ut in Canonissis. de quib. supra.*

5 *Non minor annis quadraginta, sec. Concil. Trident. sess. 25. de regular. 7. cap. completis, Nec contra illud Decretum potest Episcopus aut Nuncius dispensare, cum inferior non possit in Lege Superiorum maxime Concilii; dispensare. Garc. de benefic. part. 7. cap. 6. num. 71. Riccius in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 309. num. 9. part. 4. Narbona d. tract. anno 40. qu. 2. Novar. d. verb. Abbatissa. num. 1. & in singular. Jur. Canon. conclus. 13. num. 2.*

Unde facta electio non quadragenaria; si in monasterio sit

Cor
De Pe
et Benef

G

licet minus idonea, est nulla. S. Congregat. Concilii 16. Maji 1623. Babojsa d. lib. 5. cap. num. 19. in fin.

6 Probata; Nempè quæ per octo annos post professionem laudabiliter, cum juvenular. 20. qu. 1. in cœnobio vixit. Concil. Trid. d. 1. cap. Megala. in Prompt. Theol. verb. Abbatissa. num. 3. Ursell. d. tract. verb. Abbatissa. concl. 3. num. 17. Novar. d. verb. Abbatissa. num. 4.

7 Professæ; Putate expressè. Concil. Trident. d. loc. Gloss. in c. ar. tendentes. de statu Monachor. Angel. Sylvest. Tabienz. Fum. in summ. verb. Abbatissa.

8 Quodsi in eodem monasterio non reperiatur idonea, ex alio eundem Ordinis poterit eligi, & si hoc quoque incommodum videatur, ex iis, quæ in eodem monasterio annum trigessimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, Episcopo vel alio Superiore consentiente. Concil. Trident. cit. loco. Megala. d. loco. Ursell. d. loco. Novar. d. loco. Zerola in praxi Episc. parte 1. verb. Abbatissa. Sanchez. lib. 5. moral. cap. 5. Strrein. in Sum. Jur. Canon. part. 1. tit. 17. §. 4.

9 Modum eligendi descripsimus supra titulo septimo de Electione Prælatum generalem; hic addimus:

10 In Electione Abbatissæ ex tripartito Monialium numero concurrere debent partes duas. c. indemnitatibus. S. sane ibi, quæ à duabus partibus, &c. de elect. in 6. nisi alia loci fuerit consuetudo: Et si fuerint discordes, potest Episcopus Abbatissam nominare. S. Congreg. Cardin. regu. Episc. & Regul. præpos. die 20. Novemb. 1585. Plasec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 37. vers. in monasteriis: Zypæus in Analyt. in Pontif. Enarrat. tit. de elect. num. 9. vers. Abbatissa. in fin. Barbosa. d. c. de indemnitatibus. Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. decis. 17. num. 5. assignato tamen prius ad concordandum competente tempore. S. Congreg. sub die 12. Octobr. 1592.

Monialium vota Episcopus, vel per se, vel per vicarium, Gregor. XV. in const. incip. Inscrutabili. dat. Nonis Februar. 1612. Lezana. in sum. tom. 1. cap. 25. num. 46. & tom. 3. verb. Abbatissa. num. 10. oratus accipere, S. Congr. resto Garcia d. tract. part. 5. cap. 4. num. 190.

Gg 33 sed

VINUS
ISOMUS
& Ecclesiæ

IV

Z

fed secretò, *Fr. Emman. in addit. tom. 3. cap. 3. num. 12. in fine. Roderic. d. resolut. 2. num. 22. Portel. in consult. moral. part. 1. casu 14. debet.*

11 *Abbatissa aut Priorissa electa, confirmari debet, & ubi contumudo obtinuit, etiam benedici seu consecrari, intra annum, & si Gloriosa credimus, die etiam profano. Strein. d. loco. num. 2. ni veline perdere Abbatissatum. d. Clem. attendentes. §. statuimus. de statu Monach. nisi rationalis causa subsit; Lexana d. verb. Abbatissa num. 11. an non sint perpetue. d. tom. 1. qu. 12. art. 3. in fin. Roderic. d. resolut. 2. in fin.*

12 *Nec enim omnes sunt tales. Ordini enim Minorum subiecti, ut & alie nonnullæ, sunt triennales. Quaranta in Sum. Bullar. de Abbatissa. Castellin. d. tract. de elect. cap. 17. num. 9. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 16. art. 2. & 3. & in addit. Sum. tom. 3. cap. 3. num. 6. Mirand. d. tract. de Monialib. qu. 7. art. 9. Possunt tamen, exceptis Clarissis, continuari. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 16. art. 2. & 3. & in addit. Sum. cap. 3. Mirand. d. loc. Benedic. non solita. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 16. art. 3. Roderic. d. resolut. 2. num. 3.*

13 *Benedicta Abbatissa in Ecclesiis sibi subiectis conferre potest beneficia, & Clericos instituere, quoad titulum & possessionem. c. n. n. n. de his que fiunt à Prel. sine cons. cap. c. dilecta. de major. & obed. Barbof. ibid. cum aliis multis.*

14 *Officium Abbatissæ est idem in suas Moniales, quod Abbas in Generalis est in suos Monachos. Quæcunque enim, ut dicimus, competunt Abbati, ea fere omnia in Abbatissa, exceptis quæ naturæ repugnant, locum habent. Cucchus lib. 3. Instit. Major. tit. 13. de Abbatiss. Roderic. d. resolut. 2. num. 25. vers. & confirmatur.*

Unde olim per se, aut, si legitime impedita, per alium monasteria poterat visitare subiecta: non hodie; Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 5. Fr. Emman. tom. 2. qu. regul. 5. art. 10. Roderic. d. resolut. 2. num. 5. circa jejunia regulæ, esum carnum, lacticianorum, licovorum, ex causa, sed auctoritate Papæ, Portell. in addit. ad dubia Regular. verb. Abbatissa. potest dispensare: Roderic. d. resolut. num. 13. Imò instar Matris familias & Gubernatricis imperare ea, quæ ad domos

Cor
De Pe
et Bene

G

ficum ordinem & disciplinam, conformiter regulae praefixa pertinent. Incapax enim potestatis spiritualis censetur femina. *c. nova. de penit. & remission. Antonin. part. 3. tit. 16. cap. 7. §. 2.*

Neque tamen permittitur *Abbatissa* praecipere in virtute Spiritus Sancti: omnino in virtute obedientiae; quemadmodum Rector Secularis Universitatis mandare solet, sub pena juramenti praestiti: *Sanchez. in precepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 22. Suarez. tom. 4. de Relig. lib. 3. cap. 10. num. 12. Strein. d. loco, num. 3.*

Aliqui tamen jurisdictionem spiritualem saltem ex Superioris commissione tribuunt. *Fr. Emman. tom. 3. addit. Sum. cap. 3. num. 10. Barbosa. in d. c. dilecta. Victoria de potest. Eccles. qu. 2. num. 4. Lelesima part. 2. qu. 4. Strein. d. num. 3.*

Igitur, regulari correctione excepta, nulla *Abbatissa* sacramentorum clauvium conceditur potestas, multo minus Ordinis; hortari ad virtutem Sorores licet, non velare Virgines, aut benedicere *can. statuitur. 20. qu. 1. aut confessiones audire, c. in nova. de penit. & remiss. Evangelium non in Missa, sed officio matutino, legere, Strein. d. loco, num. 4. Avila part. 1. dub. 6. conclus. 5. Suar. tom. 4. de relig. lib. 2. cap. 9. num. 10. Barbosa. in d. c. in nova. non predicare, d. c. in nova. Sylvest. in sum. verb. Abbatissa. nec in votis monialium dispensare, nec ea commutare: bene irritare: *Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 24. art. 7. Suar. tom. 1. de relig. tract. de voto lib. 6. cap. 7. num. ult. Less. de Just. & Jure. lib. 2. cap. 40. dubitat. 14. num. 107. vers. Abbatissa. Sanchez. in precepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 33. num. 19. & cap. 39. num. 7. & cap. 49. num. 24.**

Debet regulariter cum Monialibus vivere *Concil. Moguntin. cap. 18* 13, ab omni malo & mali suspicione abesse; & ideo, allocutura aliquem, monialem vetulam comitem habere: *can. definimus. can. in de. c. 18. qu. 2. Sylvest. d. loc. & verb. num. 10. monialibus suis velatis & Deo consecratis ad caelestia regna pergentibus Ducem se praebere. Concil. Cabillon. II. cap. 52.*

VINUS
1500
Ecclesia
IV
Z